

SI 500f

GLI ATTI  
P R I V A T I  
HILAKESI E  
COMASCHI DEL  
STC. XI

ATTO 320

1046 1046 = Gennaio 12 = Milano

a cura di  
G. MARCHETTI  
G. SARTORO  
Volume II.  
ANNO 1026  
ANNO 1050  
Milano  
Castello  
Sforzesco

Copia coeva, scritta di mano dallo stesso notaio Ambrogio, notario e giudice del Sacro Palazzo, autenticata anche dalle sottoscrizioni di "Adam qui et Amizo iudex sacri palati", di "Lanfrancus iudex" e di "Ambroxium iudex" in Archivio di Stato di Milano, Museo diplomatico N° 652, proveniente dall'Archivio dei Canonici di S. Ambrogio (B). Copia della fine del secolo XVII in Biblioteca Ambrosiana, G. Della Croce, codex diplomaticus Mediolan. 10 - 3e - Volume II. C.194.

Gorla M  
Nohae  
Family  
1046

SL  
15

( S N ) In Christi nomine. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi milleximo quadragesimo sexto, duodecimo die mensis Ianuarii indicione IIII quartadecima.

Constat me ARNULFUS clericus ac notarius de hordine sanote mediolanensis ecclesie et filius bone memorie BARTHOLICI qui et AMIZO de civitate Mediolanum, qui profeso sum ex natione mea lege vivere Langobardorum, acceptus , sicuti et in presentia testium manifesto sum qui accepi, ad te ~~et~~ PETRUS qui et BONIZIO presbiter de hordine de-conanorum sancte mediolanensis ecclesie, officialis baalice sancti Nazarii qui dicitur a Petrasanta, et filius quondam AIDONI de suprascripta civitate Mediolanum arrigentum denarios bonos libras mille finitum precium pro cunctis casis et omnibus rebus territoris illis mobilibus et immobilibus seu familiae iuris mei, quas abere viso sum tam intra ac civitate Mediolanum quam et foris, in locis et fundis LANDIANO, TERGIO, GEDEDI, PARIANA, MARIANO, VERMETIO, GORIA qui dicitur MAIORE et alia GORIA qui dicitur MINORE vel pro reliquis locis ubi cunque abere viso sum ~~huiusmodi~~ et omnibus rebus tam minative tam casis, capellis, cuestris, cum areis earum, clausuris, campis, pratibus, passois, vineis et silvis castaneis et stallareis roboreis, ripes rupinibus, ac paltulibus, coltis et incoltis, divisisset indivisis, usibus aquarum aquarumque ductibus, molendinis, et piscationibus, omnia minatis locis et fundis superius dictis inventis fuerint in intercum.

Et sunt predictis casis et omnibus rebus tam intra superscripta civitatem Mediolanum quam et foris in predictis locis et fundis Landiano, Tergio, Gebedi, Pariana, Mariano, Vermetio, Gorla et alia Gorla super totum iugias trescentos; et si amplius de meo qui supra Arnulfi

clericus ac notarius iure in eisdem locis et fundis superius nominatis inventis fuerint quam ut supra legitur mensura, per ac cartula et per eadem pretio in presentem maneat venditio. Que autem casis et hominibus rebus superiorius dictis cum superioribus et inferioribus suorum cum finibus et accessionibus suarum, una cum predictis nobilibus et familiis, servis et ancillis in integrum ab ac die tibi qui ~~in~~<sup>ad</sup> supra Petri qui et Bonizo presbiter pro suprascripto a rigento ~~mudapxamagmamxam~~ vendo, tradico et mancipo et fatias exinde a presenti die tu et cui tu dederis aut abere statueris vestrisque horribus iure proprietario nomine quicquid valueritis sine omni mea et hereditum meorum contradictione.

Quidem et spondeo atque prouitto me ego qui supradicti qui supra Petri qui et Bonizo presbiter et cui tu dederis vel abere statueris vestrisque hereditibus suprascriptis casis et rebus territorialis qualiter superiorius legitur, una cum predictis nobilibus et familiis integrum ab omni nomine defendare; quicquid defendere non potuerimus aut si contra ac cartula vindicionis per quodvis ingenuum agere aut causare presumperimus, in dubium vobis predictis casis et hominibus territorialis restituamus, siout pro tempore fuerint aut valuerint sub extimacione in eisdem locis.

Quia sic inter nobis convenient. Et si propter honore clericati meo mini hic aliquit impetit legge Romana et nec me licet ullo tempore noile quod volui, set quod a me hic semel factum vel conscriptum est sub iusurandum inviolabiliter conservare prompto cum stipulatione submixa. Actum supradicta scripta civitate Mediolanum.

Sigillum manum suprascripti Arnulfi clericus ac notarius, qui ac cartula vindicionis ut supra fieri rogavit et propter infirmitate sua in lectulo suo ~~x~~ reliacet et minime scribere potuit. Ideo in ane vindicionis cartula ad confirmandum manum posuit.

Adam qui et Amizo index rogatus subscripti.

Sigillum manibus Lanfranci filius bone memoriae Bernardi et Adelberti filius quondam Ragifredi seu Arioaldi filius quondam item Arioaldi abitoribus eadem civitate Mediolanum, testes. Signum manibus Petri et Nazari, pater et filio; ~~testis~~ abitoribus suprascriptis civitate lege viventes Romana, testes.

Ambrosius notarius et index sacri palatii scripsi, postradita complevi et dedi.

Arnolfo chierico e notaio dell'ordine della chiesa milanese, del fu Berterico detto Amizo, della città di Milano, al quale Longobarda, verde a Pietro detto Bonizo, prete dell'ordine dei decumani della chiesa milanesse, officiale della basilica di s. Nazaro in Pietrasanta del fu Aldo, pure di Milano, tutti i suoi beni posti sia nella città di Milano che nei luoghi e fonsi di Landriano, Trezzo, Zibido, Piana, Mariano, Vermezzo, Gorla Maggiore e Gorla Minore.